UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon Dialogus. Antonivs Dialogus. Activs Dialogus. Aegidivs Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli, Qvod Ferdinandvs Senior ...

Pontano, Giovanni Giovano

Venetiis, 1519

De Loquacibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12960

Visual Library

De Verboſis.

Præter hos in utroq; genere quos peccare dicimus, delabiq; in exceſſum, ſiue adulãdo, ſiue cõtendendo, rixandóq;, ſunt q Verboſi dicũtur, uitiũq; ipſum uerboſitas. Hi dũ placere ſtudẽt, et grati eſſe, minime qdẽ aut placent, aut uoluptatẽ afferunt. quin moleſtiam potius, ac tædiũ pariũt defatigationis, ac ſacietatis plenũ, decepti iudicio, rerumq; ſimul, ac uerborum aceruationibus, ut neſcias, ex eo quod aures uel offendunt, uel excitãt, ſint ne Cõtentioſis potius, quàm Inſulſis annumerãdi. Verũ Contentioſi id agunt, ut nemini parcant, parumq; omnino offenſitare alios aut curẽt, aut caueant. Verboſis uero propoſitũ eſt, ac conſilium oblectandi, modũ tamen dum minime retinent, dum delectum adhibẽt nullũ, in caſtra trãſeũt aduerſariorũ, apparentq; trãsfugis ſimiliores. Itaq; Verboſi & initio, et inter dicendum ſubinde delectant, nec odio ipſi habẽtur, ſed recuſantur eorũ ſermones, magis q̃ fugitãtur. At Cõtentioſi ubiq; offendũt, et odio eos boni oẽs proſequũtur, ab illiſq; abhorrẽt audiundis, quos et maledictis quoq; iſectãtur.

De Loquacibus.

Sunt qui uitiũ hoc loquacitatẽ dici malint, & illos ipſos Loquaces, in quo non eſt, cur eos impediamus. Tamẽ Loquaces nos à Verboſis differre hoc ipſo uolumus, quod Verboſi uerſentur in ijs quæ iucũditatem præ ſe ferãt, inq; illis ipſis in qbus locũ habeat Facetudo, et Comitas. At Loquaces eos eẽ contendimus, quorũ ſtudiũ minime ſit quale ẽ aut Facetorũ, Vrbanorũq;, aut Cõtẽtioſorũ, ac moleſtorũ hominũ, qppe cũ & dicendi infinitate capiãtur, & dum loquantur, dumq; exultẽt cãpo, equiſq; (ut dici ſolet) ac uiris, aliud nihil aut quærãt, aut curent, aut ſibi propoſitũ habeãt, qbus quidẽ ſeruãdis, ĩ diuerſa etiam uitia incurrant.

De Nugatoribus.

His ipſis haud multum etiam uidentur differre Nugatores, quorum narrationes inopes quidem rerum ſint, nugæq; (ut Horatius inquit) canoræ. Cœterum uanitate illi uerborum, atq; aggeſtione magis peccãt, hi rerum. Vterq; tamen & confunduntur in dicendo, et nimij ſunt, nullũ cũ delectum adhibeant, indeq; maxime etiã moleſti uterq;, quãdo uterq; inepti ſunt, maximeq; incõſyderati. Horũ haud multũ diſſimiles ſunt qui Garruli dicũtur, quorũ ſermo et moleſtus ẽ, et nimius. Obtundũt autem tũ uanitate rerum, tum inanitate uerborum, quibus in omnibus et nimij ſunt, & iportuni, ualdeq; indecentes. Vitiũ autẽ ipſum Garrulitas, ab auibus ductum, neq; enim ceſſant, & in ijſ-